nandum, ~~###~~ tercium per te magistris racionalibus in forma simili destinandum.

[f.] Item quod pro sigillandis quaternis ipsis aliquid a taxatoribus ipsis recipere non presumas, et quod per notarium vel scriptorem in curia vel familia tua morantem quaternos distributionis predicte scribi nullatenus facias, set per illos tantum scriptores, quos predicti taxatores elegerint et pro scribendis ipsis conducent.

[g.] Item quod in singulis terris et locis demanii, ad racionem de granis duodecim pro qualibet uncia ibidem taxata[a)(b)] per taxatores predictos pro expensis eorum, pecas in taxanda et recolligenda subventione predicta eos necessario subire oportet, taxari et recolligi patiaris in subventione ipsa, in predictis quaternis particularibus includenda, in quibus ~~infra~~ sine (?) prescripta summa taxanda et imponenda per curiam subscribatur summa taxata ad racionem predicte pecunie pro expensis, quod ideo sic fieri est provisum, quod occasione pecunie expensarum huiusmodi, que in quaternis particularibus non erat inclusa, longe maiorem quantitatem, quam liberant, collectores pro eorum arbitrio exigebant.

[h.] Item quod ~~et~~ a collectoribus aliquibus seu debitoribus aliquid occasione subventionis eiusdem, si contingat aliquando pro celeri recollectione pecunie subventionis ipsius aliquos ex eis capere de per-

a) Reg. taxatis